



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica II. Adventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

judicio coram universo orbe, sollicitè se præparet ad iudicium particulare, quod solus subibit in morte. *Mense III. Disc. 71. pag. 218. usque ad num. 11.*

4.

*Virtutes cælorum movebuntur. Luc. 21.*

Erit tremenda dies illa, qua videbimus omnes filium hominis venientem in nube cum potestate magna & majestate. *Quantus tremor est futurus, quando Judex est venturus, cum vix justus sit securus? Et meritò; nam dicit ipse: Ego justitias judicabo.* Paremus igitur nos ad tremendum illum Judicis adventum, fugiendo etiam minima peccata, ideo maximè, quia venialia frequentata facilè nos inducunt in erroneas opiniones, & in graves tentationes. *Mense IV. Disc. 107. pag. 273. usque ad num. 9.*

5.

*Appropinquat redemptio vestra. Luc. 21.*

Non appropinquat nobis redemptionis fructus, nisi seriam de peccatis egerimus pœnitentiam. Necessaria est ad hanc delictorum confessio: quæ si cuiquam difficilis videatur, vincet difficultatem considerando, quantæ illa sit efficaciam. *Mense III. Disc. 84. pag. 491. ad num. 6.*

## DOMINICA II. ADVENTUS.

I.

*Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, Matth. 11.*

Ut

Ut nos à præparanda via Domini absterreat, varia malus Angelus impedimenta objicit, verùm illa bona Angelo duce facilè superabimus & perfringemus. *Mense I. Disc. 2. pag. 16.*

2.

*Mortui resurgunt. Matth. 11.*

In extremo illo judicio resurgent omnes: iusti verò, quos mundus velut mortuos contempserit, quique mortificatione sensuum mortem Christi imitari studuerunt, præcipuè in illa resurrectione gaudebunt, quia plena & integra tunc fiet illorum felicitas. *Mense III. Disc. 72. pag. 244. à num. 6. usque ad num. 11.*

3.

*Cæci vident. Matth. 11.*

Qui in vita semetipsos non cognoverunt, aliosque nihili æstimârunt, sua solùm magni facientes, tunc videbunt miram commutationem prioris statûs. *Mense III. Disc. 73. pag. 270. à num. 7. ad fin.*

4.

*Præparabit viam tuam ante te. Matth. 11.*

Si verè diligimus Domini adventum, oportet, ut studiosissimè viam illi præparemus vel minima offendicula removendo, ne forte offendant ad lapidem pedem suum, & nobis indignentur. Vult viam sibi parari ab Angelo, id est, corde mundo à minimis maculis. Gravissimè igitur errant, qui venialia peccata non horrent, cum ex his facilè inducamur ad labendum in

mortalia, quibus divinam gratiam omnino excludimus. *Mense IV. Disc. 107. pag. 286. à num. 9. ad fin.*

*1.*  
*Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatum? Matth. 11.*

Sunt, qui aliquando peccatorum suorum recordatione compuncti ad confessionem accurrunt, conscientiamque evacuant. Verùm instabiles, ut arundo, obvio tentationis vento ad peccandum denuo impelluntur, sæpe eo ipso, quòd paratum habeant iterum absolutionis remedium. Verùm isti semetipsos gravissimè decipiunt; non enim confessionis olim reptendæ fiducia peccandum, cum incertum sit vitæ nostræ spatium, sed potius iteranda brevì confessio, ne in antiquas sordes relabamur. *Mense III. 34. pag. 50 1. à num. 6. ad fin.*

## DOMINICA III. ADVENTUS.

*1.*  
*Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domini. Joan. 1.*

Via Domini optimè dirigitur, quando certus meditandi modus observatur. *Mense I. Disc. 3. pag. 33.*

*2.*  
*Dirigite viam Domini. Joan. 1.*

Moris erat apud Romanos, ut sive Consul ad Curiam tenderet, sive Victor quispiam cum  
trium-